

ad 20

AD MEMORIAM
ILLVSTRISSIMI MVL TISQVE MAIORVM
IMAGINIBVS PRAEFVLGENTIS
COMITIS
G E O R G I I
F R I D E R I C I

DE LEININGEN ET RIXINGEN DOMINI WE-
STERBVRGI ET SCHAVMBVRGI DYNASTAE IN GRVN-
STADT OBERBRVNN ET FORBACH SACRI ROMANI
IMPERII SEMPER LIBERI CETERA

IVVENIS OMNI VIRTVTVM GLORIA

EMINENTISSIMI

IN ACADEMIAE TEMPLO

ANTE MERIDIEM

DIE XXV. NOVEMBRI

DIGNE RECOLENDAM

GIVES QVOSCVMQUE OFFICIOSE

INVITAT

FRIDERICIANAE PRORECTOR

C H R I S T I A N V S T H O M A S I V S I C T V S
POTENTISSIMI BORVSSIAE REGIS ET SERENISSIMI
SAXONIAE DVCIS MAVRITII WILHELMI CONSILIARIVS
COMPARATE INTIMVS IVRIVM PROFESSOR
ORDINARIUS.

HALAE MAGDEBURGICAE

LITTERIS CHRISTIANI HENCKELII ACAD. TYPOGR.

Ak

CHRISTIANA THOMASIÆ ICTAS
SAXOVARIAE DUCIS MARITIÆ MULIERIÆ CONSULTIAS
COMPRAVAT IN TITIA VARELLA PROLector
ORDINANTIA
HALAE MAGDEBVRGICÆ
CITTATIS CHRISTIANÆ DECIMÆ A.D. MDCCXCV
CHRISTIANA THOMASIÆ ICTAS
FREDERICIANÆ PROLector
DIE XXV. NOVEMBRIÆ
HINC EDITIONE RECENS
CLAVES GLOSSARIAE ETIQUÆ
DIE XXX. NOVEMBRIÆ
ALIAS KIRCHDORF
TAVENSIÆ OMNIÆ VITÆ ET CIVITATIS
STADT OEFFENRATHA ET TROPPAUÆ HACCI ROMANI
STADT OEFFENRATHA ET TROPPAUÆ HACCI ROMANI
GEORGII
ERIDERICI
COMITIS
ILLUSTRISSIMI MULIERE MAGNAE
IWIGNEAS FRYXEA DEPUS



Vm generosi animi sit, atque magnifici alta contueri, & fluxa, demissa, atque turpiter abiecta negligere; certum est, eum tantum nobilem atque splendidum dici debere, qui vitam beatam, florentem, atque felicem, omni genere mali vacantem, & omnibus opibus adfluentem fecerit. Haec vero in inuidetate virtutis praestantia consistit; non in summis imaginibus; non in humanæ gloriae leuitate; non in diuinarum, quæ pereunt, inconstantia; non denique in mobilis populi saepe infanientis voluntate, atque opinione. Multo enim ampliora veræ felicitatis ornamenta sunt; quam ut angustis adeo, atque fallacibus, errorisque & inanitatis plenissimis rebus sint circumscribenda. Quod immortale est, quod diuinum, quod nulla umquam vis potest eripere, nulla vetustas obliuione obruit, nulla calamitas extinguit, illud ultimum, atque excellens, quod intueri omnes oportet, bonum absolvit. Quidquid in his alias possidemus terris vana quadam ostentatione mortalibus illudit, & occultam mortem quasi inducta ueste contegit, eamque ob causam relinquendum, atque deferrendum est. Mens, consilium, sapientia, virtus, & quod huius videtur præmium, vera quies, atque stabilis animi tranquillitas, etiam cum ab hominibus eximus, & in diuinam familiam traducimur, nobiscum magis confirmata, atque perfecta ad coelitum sedes migrant, pectusque voluptate numquam intermoritura perfundunt,


ac explet. Ea cum sibi vnice delegerit decora
Illustrissimus Comes GEORGIVS FRIDE-
RICVS de LEININGEN & RIXINGEN
Dominus Westerburgi, Schaumburgi, Dynasta
in Grunstadt, Oberbrunn & Forbach, Sacri
Romani Imperii SEMPER LIBER, Iuuenis hu-
manitate, modestia, patientia omniumque vir-
tutum gloria mirabiliter ornatus; quid mirum
si ILLE verae dignitatis patrimonium, eminen-
temque laudis puleritudinem, & honestatem ex
hac secum vita extulerit? Natus est nobilissima
stirpe dignissimus FILIVS anno c l o l o x c i i i , ipfis
Non. Febr. Patre Illustrissimo, & in omnem
memoriam clarissimo IOANNE ANTONIO
COMITE IN LEININGEN, Inuictissimi Cæ-
fariis Consiliario, supremo, quod nunc Wezlariae
est, Imperii Tribunali eminentissima dignitate
Præsidente, viro in tantum laudando, quantum
iustitia, auctoritas, & incorrupta animi constan-
tia potest intelligi. Mater moestissima CHR I-
STIANA LVDOVICA ex antiquissima mul-
tisque maiorum imaginibus præcellente WIT-
GENSTEINIORVM COMITVM gente
ortum traxit; vt nihil deesset natalium splendori,
ac germanæ nobilitatis præfulgentibus insigniis.
Ab his Parentibus nomen GEORGII FRIDERICI
propterea NOSTRO inditum est, vt tam paterni,
quam materni generis auorum vestigia legeret,
quorum singularis sapientia, atque probitas effe-
cit, vt incredibili apud omnes gloria circumfluxe-
rint. Tener adhuc, nec dum matura pueritia iis
artibus imbutus est; quibus generosæ, & illu-
stres

stres animæ ad veram laudis spem maxime excitantur; iisque disciplinis animum accommodauit, quibus virtutis igniculi, & non fucatae pietatis semina luculenter eliciuntur. Facile enim optimus perspexit PATER, nihil in magna fortuna perniciosius esse, quam prauam institutio-
nem; vt potè quæ inter inanissimas cogitationes, sermonesque impurissimos mentem inflat, ac eamdem omni iudicio spoliatam in maxima rerum ignoratione, & miseranda cœcitate relinquit. At est dolendum, carissimam hanc PROLEM in imbecilli adhuc ætate tanto fuisse orbatam DUCTORE, cui, quod scimus, ynice cordi fuit, vt ne ISTA aliorum exemplo, vlo vitiorum æstu, vlloue mali confinio de recta via abduceretur. Nouem etenim iam elapsi sunt anni, cum post annulum PATREM sub dulcissimæ MATRIS auspiciis illa sincera, & integra, ac nullis prauitatibus detorta natura ad optimarum rerum cultum amplius est traducta. HAEC per totum pueritiae tempus filium GEORGIVM FRIDERICVM peritissimis præceptoribus subdidit; HAEC illum IOANNI MATTHIAE FABRO addixit, quem doctissimi scholæ Gießenfis Professores publica commendatione dignum iudicauerunt, qui moribus tam generosi adolescentis regendis præponeretur. Dici vix potest, quanto ardore bonas litteras arripuerit, quantaque contentione meliores disciplinas exceperit. Eadem inlyta Gießenfis Academia testis est, in qua clarissimis viris operam dedit; quam modeste ibidem vixerit, quanto in pretio

mansuetiores Musas habuerit, quamque ipse,
omnem licentiam, ac libertatem viuendi sibi
adolescentulus præsciderit. Neque enim non
magna conari, ac optima quæque meditari ani-
mus potuit, quem præclara FRIDERI-
CI ERNESTI Illustrissimi SOLMENSIS
COMITIS, itemque PATRI Sapientissimi
CHRISTOPHORI CHRISTIANI de
LEININGEN monita, ac propria, quam a Deo
accepit indoles ab omni intemperantiae labe ab-
straxerunt. Post annum, & sex menses summa-
cum laude ibidem exactos, idem prouidentissi-
mi TUTORES eum in Marpurgensem Athenaeum
ablegarunt, ut ad studium mensuræ ingenium
satis acre applicaret, & vna cum numerorum
scientia illam celeberrimam, maximamque do-
ctrinæ partem, quæ est Mathefis, excoleret.
Adeo illis facile erat obseruare, ingenium coele-
ste ipsam ætatem antecedere, nec longioris, at-
que ignauæ moræ patientem fore. Nam si præ-
cipuum ingenii signum est, facile quidquid tradi-
tur percipere, & fideliter custodire, eaque, quæ
memoria mandantur, sumta tabella consignare;
NOSTER certe excellentissimum habuisse dicendus
est, qui hæc omnia exacte obseruavit, & fecit;
tantaque assiduitate atque studio, quod reliquum
erat temporis, in suis lectionibus repetendis con-
sumfit: vt natura impelli, ferrique eum sentirent
omnes, qui occulta humanarum mentium scruta-
tantur, & inuestigant. Nihil itaque ad illud, quod
sibi proposuerat, curriculum emetiendum amplius
restabat, quam vt in nostram FRIDERICIANAM dela-
tus,

tus, Professores toto terrarum orbe clarissimos
salutaret, atque audiret. Hoc illustrissimi SOL-
MIAE COMITIS iudicium erat, qui in maximo
Imperii Tribunal i præcipuas iuris dicundi partes
sustinet, & in Consiliariis intimis Augustissimi
Cæsaris reputatur. Hæc LUDOVICI CHRISTIA-
NI, quem STOLBERGENSIUM Comitum pro-
fapia multis titulis exornat, sapientissima senten-
tia fuit. Cui is lubentissime morem gessit, eo que
in addiscendis artibus ingenuis ordine processit, vt
nec curas suas præcipitauerit nimis, nec, vt mos est
multorum, in vastum Iurisprudentiæ mare sine ve-
lis se immiserit, sed elegantium litterarum pulcer-
rimam speciem atque formam adamauerit; sed
Latinæ prius Græcæque linguæ notitiam sibi pa-
rauerit; sed gallicum, patriumque idioma bene
imbiberit. Deinde, vt par est, ad eos demum
magistros venit, qui regulam tradunt, qua vera
& falsa iudicantur: qui noscendi animorum mo-
tus peritiam inculcant, ac de sapientia, iustitia, de
vitæ, morumque ratione, de omni antiquitate ac
historia præclare differunt. Quæ quidem singu-
la si absoluisset, & adoptatum finem perduxisset
beatissimus COMES, non dubitamus, quin is ad
publica negotia gerenda se summe idoneum fu-
isset redditurus, qui in hac vmbatili doctrina-
rum exercitatione, ingenii acumine, ac percipi-
endi celeritate, longe, multumque ceteris ante-
cessit. Sed aliter visum est principi illi DEO, qui
orbis omniumque mortalium fata iustissima ra-
tione temperat. Incidit quippe florentissima æta-
te NOSTER in difficillimum, ac pertinacissimum
morbum, qui pustulas in summa cute extuberan-
tes,

tes, in ambitu rubras, pueris valde infestas, iuueniibus, atque viris etiam nobilissimis saepe funestas eiecit, corporisque vires admodum concussit. Nil equidem insignis, quem habemus, Medicus GEORGIVS ERNESTVS STAHLIVS Collega noster coniunctissimus, omisit, quod ad malum tollendum & expugnandum visum est conducere. Quidquid opis sciuit, quidquid artis in ipso fuit, in tempore admouit, ac praestantissima medicamenta selegit. Sed elusit ægritudo artem, imbecilliorque medicina, quam morbus fuit; qui impetu ruentis sanguinis accedente e v m extinxit, omnesque vitales vias VIII. Idus Nouembreis obstruxit. Tali morte exspirauit fulgentissimæ nobilitatis iuuenis GEORGIVS FRIDERICVS COMES de LEININGEN, qui ad extremum usque spiritum numquam laesæ, sed conseruatæ, itemque sapientissimæ innocentiae laudem est adsecutus. Cum uoc doctrinæ quedam elegancia, verborum dulcis copia, vox, gestus, omnisque actionis lepor, & suauitas, ac elegantissima corporis forma in sepulcrum descendit: verum illa ingenii ornamenta, illa mentis venustas, illa vita æternæ, & immortalitatis fiducia, illæ amoris in Deum clarissimæ significaciones, illa virtutis ac pietatis, quibus eluxit insignia, ad has umbras neque pertinent, neque descendunt. Vivit animus, cui nimis angustum hoc domicilium, quod reliqui fuit; viuit probitas, quæ multo plus gloriæ, atque decoris in Christiani nominis dignitate, quam domèstico splendore posuit; perdurabit tranquillitas, quæ in maxima fortuna inter popularis auræ adfensionem, inter vitæ huius delicias, ac strepitus immora constituit; viget denique in ore famaque huius Academiæ excella EIVSDEM virtus, quæ quidquid homines fortunatum purant, spreuit, atque repudiauit. Vos pectora suauissima, vos, inquam, compello, CIVES, qui in hoc Musarum sacrario ad summa adipiratis, ite; comitemini funus; ego praibo: Vos mecum: ego vobisecum hodie in schio nostra templo memoriam animæ sanctissimæ recolam, quæ in illustris ADOLESCENTIS corpte habitavit, & omnia mortalium blandimenta integritate, atque religione suppressit. P. P. Hale
Magdeburgicae VII. Kal. Decembreis c^{lo} I^o ccviii.



78 M 352

TA → OL

b7

AD MEMORIAM
ILLVSTRISSIMI MVL TISQVE MAIORVM
IMAGINIBVS PRAEFVLGENTIS

COMITIS

GEORGII
DERICI

ET RIXINGEN DOMINI WE-
VMBVRGI DYNASTAE IN GRVN-
N ET FORBACH SACRI ROMANI
EMPER LIBERI CETERA
NI VIRTVTVM GLORIA

INENTISSIMI


DEMIAE TEMPLO
TE MERIDIEM
XXV. NOVEMBRIS
NE RECOLENDAM

OSCVM QVE OFFICIOSE
INVITAT

IANAE PRORECTOR

S THOMASIVS ICTVS
USSIAE REGIS ET SERENISSIMI
VRITII WILHELMI CONSILIARIVS
NTIMVS IVRIVM PROFESSOR
ORDINARIUS.

MAGDEBURGICAE
ANI HENCKELII ACAD. TYROGR.



B.I.G.
Black